UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 2. Iurisdictiones limitaneæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

NVM. 2. *Iuriſdictiones Limitaneæ.*

COMITATVS GLADSCANVS *Comté de Glatz*, Clatzko.	GLACIVM: *Glatz*, ſeu *Cladſco*, à trabe nomen accepit, quia hîc trabes deponebantur. In colle habet arcem, & hāc Fl. Nyſſa irrigat: modò Bohæmici, modò Polonici iuris.
HEBANA Prouincia, ſeu OEGRANA, *Territoire d'Eger*, Hebsko.	OEGRA: *Eger*, in regione fœcundiſſimâ vbi horti peramœni ad Fl. cognominem: hîc Comitia ſæpe celebrata ſunt.
LOCTENSIS TRACTVS *Territoire d'Elbogen*, Loketsko.	LOCTA, ſeu Cubitus *Loket* Bohæmicè, *Elbogen* Germanicè, cum arce in colle, planè inexpugnabilis, montibus vndique vallata, ad Fl. *Eger*. Thermæ Carolinæ: *Vvary*, vbi aquæ vehementer calidæ, & ſalutares. Hic tractus ex Palatinatu Bauariæ decerptus eſt.

§. 2. *Sileſia* la Sileſie, *Germanicè* Schleſien.

NVM. I. *Inferior diuiſa in octo Ducatus, & tres Comitatus.*

DVCATVS GROSSENSIS	Croſſa: *Croſſen*, vbi Fl. *Bober* cadit in Oderam: *Oder* autem Sclauicè eſt Fiber *vn Caſtor*, qui in hoc Fluuio capitur: oppignerata eſt Brandeburgico, neque redempta ad hoc vſque tempus.
DVCATVS GLOGOVIENSIS in 7. circu-	Glogauia maior: *Gros-Glogau*, hoc eſt *le grand Glogauu*, ſita eſt ad Fl. Viadrum *l'Oder*, & eius partem ſibi Polonus vendicat. Gurauia: *Gurauu*, in regione admodum riguâ collocata. Bolkouitia: *Bolkouitz*, in montanis ſita. Sprottauia: *Sprottau*, vbi metallicæ ferri nobiles ad Fl. Sprotam, *Sprota*. Friſtadiũ, ſeu Eleutheropolis nomen habet à liberis cāpis & patētibus: *Friſtad*, ad eā Sal effoditur ad Fl. *Siger*.